



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. XV. Plurima alia priuilegia studiosorum esse, & quænam illa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

petita, & obtenta morantur, & se, familiamq; suam proprio sumptu, ac domestica punctione gubernant hac perpetua immunitate gaudent, ut nemo officiali, familiarum eius, cursumq; conditionis status, aut qualicūq; sit etiā latissima cōmissione cōstitutus, dictas domus sue mansiones cumulo se, aut ductis ruinis inuadere, prorumpere, aut violare psumat, fraudulenta fictione, aut falsa occasione prius semota. Et p̄terea nullus officialium, aut alia quacūq; Ecclesiastica, siue secularis persona, in ciuitate nostra Moguntina aliquē, siue aliquos ex Doctoribus, Magistris, studentibus, siue eorum familia inuadere, offendere, vimq; aut iniuriā inferre p̄sumat: Si q̄s vero huius nostrae cōcessionis, quod absit, contemptor repertus fuerit, nostram indignationē ac penam pro modo offensionis, doli, aut culpa huiusmodi, infligendam se nouerit incursum. Et 7. Item volumus, quod nullus de nostris officialis, & officialibus aut aliis quibuscūq; laicis, siue ciuibz ladar, offendat, turbet, aut alias quouis modo in periculum ponat aliquem Doctorem, Magistrum, aut studentem verbo vel facto, directe vel indirecte omnibus fraude, & dolo semotis pena sub predicta. Cum vero omnes qui Scholae Reſtoris id faciāt, omnes quoq; illo priuilegio vtuntur. Hāc quidem de oneribus personalibus clara sunt, deq; bonis illis, quē tanquā salaria dantur; de patrimonialibus vero nec legē intelligi puto, nec cōsuetudo hoc permittit. Ne vero priuilegia illa inclat Academia, aliorum administratorum ignorātia, vel malitia infringere, voluit sapientissimus fundator, omnes vrbis Moguntinae officarios, iureiurando de immunitate Academiae seruāda astringi. Ita verba habent. Itē quilibet officialis huius nostrae ciuitatis pro tempore existēs iurabit in manus nostras de seruando illos doctores, magistros ac studentes p̄memoratos in personis, rebus & bonis ipsorum & de non contrahendo dictis priuilegiis, sed quod manu teneat eos, res & bona ipsorum ac priuilegia siue predicta, ac infra dicenda pro posse, & nosse.

CAP V T XV.

Plurima alia priuilegia studiosorum esse, & quanam illa.

§. 1. **P**lurimas concessit Pontifex, & Imperator, singuliq; principes, & Respub. cū vero antiquiorum Academicarum priuilegiis soleant sequentes donari, sit ut vno verbo plurima cōcedantur. Quemadmodū in hac nobilissima Academia factū videm⁹, de qua ita loquitur Sixtus IV. Pontifex. Ad laudem diuini nominis, & eiusdē fidei Catholicae propagationem, in eadem ciuitate Maguntina studium generale auctoritate Apostolica reuocato p̄sentiu perpetuo erigimus, constituimus, & ordinamus, ac dicta auctoritate statuimus, & etiā decernimus, quod de cetero perpetuis futuris tēporibus in illa studiū generale vigeat, ad instar Bononiensis, Parisiensis, & Coloniensis studiorū predictorum tam in Theologia, Iuris Canonici, & Civilis, quā alia quolibet licita facultate siue scientia, quodq; magistri in Theologia, Doctores legentes ac studentes inibi omnibus & singulis priuilegiis, libertatibus, exceptionibus, immunitatib⁹, gratiis, & indulgentiis, quibus alii Magistri, Doctores, legentes & studentes in Bononiensi, Parisiensi, & Coloniensi studiis gaudent & vtuntur, vti, potiri, & gaudere, libere, & licite possint, & in super illi, qui p̄cessu temporis gradus inuenerint in qualibet ex facultatibus licitis predictis, in qua studuerint, sibi docendi licentiam, ut alios erudire possint, ac vt aut Magisterii seu Doctoratus honorem elargiri per Magistros seu Doctores illius facultatis siue scientia, in qua fuerit examinatio faciendā.

Tribus praeſtatissimis Academicis Bononiensi, Parisiensi, Coloniensi, Moguntinam fundator exaequat, quā dignitatem illa hactenus ita tuetur, ut nō modo ex Germania, Polonia, Belgio, sed etiam ex cultissima Gallia illustres, & doctos numerarit semp auditores.

Ne igitur quispiā ignoret, quanto fauore Monarche studia prosecuti sint, neq; ipsi studiosi, suorum bonorum sint nescientes, centum illa & octoginta priui-

legia, seu potius capita priuilegiorum, & rubricas, ex consultiſſimo Petro Rebuffo adſcribere, animus est.

§. 2. Priuilegium ex Rebuffo primum.

Omnibus diebus festis studere, publice profiteri, disputare cōcessum est. Nempe postquā diuinis officiis cultus impensus est. Veritum putat Rebuffus, si lucra causa fiat, vt si aduocat⁹ principaliter lucra causa, studeat die festo. Quā in re nequaquā illi assentior nam quamuis lucra causa studeat, non est tamen seruile studiū, & lucra cupido, honestū finem pōt fortiri. Nec Ecclesiastica lege lucrū, sed opus seruile vetatur,

Secundum.

Licet & in tēplo studere. Exceptiones Rebuffi generales sunt. Non studere tempore quo obligaris audire sacrificium, aut vetitis studere artibus quod nec extra templum quidem licet, in templo tamē grauius est delictum, quia domum Dei facit domū nequitiae.

Tertium.

Possunt scholares domo propria fabros expellere, si studia strepitu interrumpunt. Magnum est hoc, & pene inuidiosum priuilegiū. Citat tamen iura in hanc rem Rebuffus; Imo in morte Pessulano se textorem cantu studiosos impediētem pepulisse, cum n. magistratus iuribus studiosorum auditis, importuno musico praecepisset, vel submissius caneret, vel cederet, ille domum deferre, quā vocē moderari maluit.

Quartum.

Huius priuilegii causa potest agi die feriata, ita ille. Verum non nisi virgē causa id concedendum puto. Causam legitimam puto. Si ob caniculares, aut alias vacationes aliquot hebdomadam iustitum esset, tū enim ne integrum Collegium studiosorum diuturnā turbationem perferre cogeretur, etiam die festo res decidi posset.

Quantum.

Hāc causa de plano, & summarie potest tractari, & finiri alioqui integros annos studia possent impediri, cum lite pendente possessionis vsum retineat malleator, nec facile studiosi longas lites suscipiant.

Sextum.

A sententia lata contra malleatorē, non datur appellatio. Id vñ, & nisi fallor aequitate abrogatum est, cur enim hoc negetur, si de sententia queratur?

Septimum.

Scholaris potest cogere ad elocandum sibi domū, cubiculum, equum, verū vsum eius priuilegii nusquā vidi, & sane p̄stat omnino illo nō vti, cum ius illud, ne inuitus rem alteri locare cogaris, nec peregrinum in familiam admittere, valde sit rationi cōsentaneū: Et magni periculi est alieno domum elocare. Vsum sane, nullo vnquam loco animaduerti.

Octauum.

Studiosum domo locata expellere non potest dominus, quamuis domo iple egeat. Si videlicet ea causa, studia relinquenda forent.

Nonum.

Finito tempore locationis, si studiosi tantundem atq; alii soluere volunt, preferri debent. Nisi forte, vt fere fit, deteriorē domum faciet studiosorum, quam aliorum inhabitatio, aut sane si parum commodis sint moribus.

Decimum.

Si doctor, vel scholaris domum alteri scholari locatam conduxerit, ante tempus locationis finitum, est excommunicatus.

Vndecimum.

Si recedat iusta de causa ante tempus finitum, non pro toto anno, sed pro rata tantum soluere tenetur.

Duodecimum.

Studiosus recedens de domo conductā, potest alium in locum suum subrogare. Ita tamen vt nullo modo reddatur locatoris conditio deterior.

Decimum tertium.

Si statuto ciuitatis caueatur, ne quis plus frumēti, quam pro vñu emat, si pro anno emat scholaris, & ta-

Rebuffus
180. studio
forum pri
uilegia col
legit.

Studere die
festo licet.

In templo.

Fabros stre
pentes domo
pellere.

Etiā festo
die iudiciū
has de re
dari potest.

Es de plano.

Negatur ap
pellatio.

Studioſo la
care non
nulla co
guntur.

Studiosus
domo pelli
non potest.

Ceteris pau
ciores pra
ferantur
studiosi.

Ante finem
locationis
non potest
conducere
alius.

Discedens
pro rata
soluit.
Discedens
subrogare
potest.

Omnes vr
bi Mogun
tina iurāt,
se Acade
miae priui
legia serua
turos sarta,
recta.

Moguntia
magistra
tus iureiu
rando cau
et priuile
giis Acade
mia.

Moguntina
Academia
gaudet pri
uilegiis Bo
noniensiſ,
Parisiensiſ,
Coloniensiſ
Vniuersita
tis.

Commune
est ius.

Singulare
est.

Privilegia
non debent
fugitia alie-
re, nec eo
fide data
sunt.

Imo licen-
tia hac per-
dunt stu-
diosi privi-
legia.

Biennij se-
ueriores.

Ecclesia iu-
re suo non
cedit, nam
ab ea uni-
uersitates
etiam ipse
dependent.

Promotum
in Acade-
mia ex qua
indoliti pro-
deant, exa-
minare de-
bet Ecclesia.

& tamen post medium annum recedat, non incidit in pœnam, si integro anno eo in loco manere constituerat. Hoc privilegium ad omnes extendo etiam ciues, quibus fraudi esse non debet, quæ iustitiæ est consentanea voluntas.

Decimum quartum.

Scholaris recedens, poterit rerum communium partem petere.

Decimum quintum.

Fuga scholasticum non facit delicti suspectum, sed præsumitur parentes visitare, pecuniam quærere.

Decimum sextum.

Commodatum per scholarem factum non finito usu, cum vult recedere, reuocatur.

Decimum septimum.

Contra studiosum finitio studio, agere aliquis inuitus cogitur, aut si intra tempus à iudice moderandum non agat, perpetuum illi silentium indicitur.

Decimum octauum.

Non agnoscunt onus pro hospitio, in quibus habitant.

Decimum nonum.

Libri non sunt tacite obligati pro pensione domus.

Vicesimum.

Maleficio potius est, iudice Rebuffo, quam privilegium, ut minus studiosus inhoneste viuens, quam alius iniquus possit expelli. Ego non domo duntaxat, sed vrbe quoque pellendum censeo.

Vicesimum primum.

Non dissimile est, & iniquum, ut in commune hospitium infamia scorta ducantur, sed illa sunt ex cloacæ gentilium, in libros Christianorum deducta, æterno damnanda silentio.

Vicesimum secundum.

Gallis peculiare nominationes obtinere, sed queritur leges illas iam euersas esse Rebuffus.

Vicesimum tertium.

Studiosus pecuniæ quarendæ causâ profectus domum, & statim reuersus retinet privilegia studij, & in quinquennio tempus illud computatur. Verum in plerisque Germaniæ Ecclesiis cathedralibus, aliisque id non seruatur. Sed si vel vnica nox biennium interruperit, reliqui temporis vniuersi sit iactura. Quam legum seueritatem, mali mores peperere. Hoc addendum esset, ut diligentia & profectus testimonium ferrent. Nunc multi biennio, in opulentis urbibus ociuntur, aut luxuriant.

Vicesimum quartum.

Nominati cum præsentant prælati suas nominationes, & requirunt beneficia, non possunt examinari, quia eos iam vniuersitas examinando, & gradum conferendo probauit. Hæc quidem ut plurimum seruantur, imo hic Moguntia magistri philosophiæ, ne pro ordinibus quidem examinantur, alibi tamen doctores etiam Theologiæ, Ecclesia examinat, & omnino ius hoc retinet Ecclesia, nec dependet ab vniuersitatibus. Neque nunc tutum est, postquam multæ Academicæ non idoneas ad gradus promouent, id enim fieri lucè clarius est. Vidi ego artium, & Philosophiæ magistros, qui inter tres Syllogismorum figuras, nullum discrimen nouerant. Nec intermittit Italia, nobis quotidie quosdam mittere doctores diplomatarios, qui statuere vix possunt qua in facultate sint promoti: Hinc multi disputant contra Academia- rum privilegia. Sane Ludouicus XII. pœna suspensionis privilegiorum, & alia arbitraria afficit eas Academicas, qui non idoneos moribus, scientia, meritis, promouent. Ita omnino conandum est, ut se ipsæ Academicæ reforment.

Vicesimum quintum.

In Gallia parochos oppidorum gradus habere necesse est, aut sane triennio studuisse oportet, quod studium de Theologia intelligendum puto. In Ger-

mania multæ præbendæ magisterium, aut Baccalariatum requirunt.

Vicesimum sextum.

Si studiosus locauerit fructum beneficii per triennium, vel minus tempus, & interea faro cesserit, successor locationem ratam habere tenetur, quia facta est in fauorem studiorum, ideoque in utilitatem Ecclesiæ.

Vicesimum septimum.

Beneficia maiora debentur eruditis, si tamen eruditioni vita respondeat. Et ut nunc mores defecere: si desint cognati.

Vicesimum octauum.

Studiosus habens vicarium liberatur ab horis canonicis dicendis, si singulis diebus officium B. Virginis, & septem psalmos pœnitentiales dicat. Ita pauci canonistæ, sed reliqui, & Theologi contra sentiunt. Maledictum enim studium, per quod diuinum relinquatur officium. Neque enim vllum excusari certum est, officium totum vna pene hora absolui potest, quantum est, si ex horis 24. vnâ Deo, & orationi impendas, qui ex Ecclesiæ patrimonio viuus? An vna hora, aut vna cum dimidia precibus impensa te ab eruditione consequenda impediunt? Tantum fugis pietatem, ut ab illa hora petas immunitatem? tot dies lusibus, ambulationibus, spectaculis impendis?

Vicesimum nonum.

Scholares in suis beneficiis residere non tenentur. Nunc optime statutum est, ne sine prælatorum facultate absint, & studiorum testimonia exhibeant.

Tricesimum.

Nihil soluere tenentur Episcopo, si non resideant.

Tricesimum primum.

Fructus beneficiorum quasi præsentis recipiunt. Id in Germania fieri non solet. Certa illis summa in studiorum fauorem deputatur. Sane distributiones nunquam recipiunt.

Tricesimum secundum.

Ius optandi retinent absentes.

Tricesimum tertium.

Nunquam videntur in fraudem abesse.

Tricesimum quartum.

Si quis repetendorum suorum cursuum causa studeat in loco non privilegiato, privilegia studiosorum retinet, per sex menses in Gallia, in Germania priuati studij nulla habetur ratio.

Tricesimum quintum.

Semel in matriculam inscriptus postliminio veniens, nihil soluere tenetur.

Tricesimum sextum.

Curatus studiorum causa ne intra annum ordinetur, potest accipere ab Episcopo dispensationem.

Tricesimum septimum.

Dispensationem illam sine euidenti causa, Episcopus reuocare non potest.

Tricesimum octauum.

Ob dispensationem non debet accipi pecunia. Verum hoc omnibus sacris commune est, ut sine precio dari oporteat.

Tricesimum nonum.

Cum studiosis, & doctis facilius dispensatur.

Quadragesimum.

Qui gradum habent, cum dispensatione quatuor beneficia obtinere possunt. De hoc abusu dicam l. 6. de magistratu Ecclesiastico.

Quadragesimum primum.

Pensio data ab Episcopo studij causa non tollitur, si detur beneficium æquale: sed quod residentiam exigat, nisi absoluta sint studia.

Quadragesimum secundum.

Potest Episcopus cum capitulo statuere, ut quilibet canonicus conferat quotannis aliquid in subsidium pauperis, ingenuis, & diligentis.

I 4

Quadragesimum

Maledictum
studium per
quod diui-
num omi-
tatur offi-
cium.

Quadragesimum tertium.

Scientia de paupere, diuitem facit.

Quadragesimum quartum.

Hinc doctis multi seruiunt.

Quadragesimum quintum.

Studiofi scientiam adepti, nobiles censentur. Sane in Germania nobilibus aequantur. Comitibus Aug. anno 1530. & anno 1548. olim, & nunc in multis regnis praefertuntur, vna est enim, atque vnica nobilitas virtus, & minor virtute, sed maior stemmate nobilitas, est scientia.

Quadragesimum sextum.

Doctor sine labore respondens, salarium meretur. Quia iam olim laborauit.

Quadragesimum septimum.

Pauperes studiofi mendicantes, & validi, non possunt ad laborandum cogi, vti neque nobiles.

Quadragesimum octauum.

Cum duos pari virtute eligunt, hinc ineruditi, inde vniuersitas, praeualeat iudicium vniuersitatis.

Quadragesimum nonum.

Doctis committi res publica debet.

Quinquagesimum.

Studiofus doctus, praefertur doctori indocto.

Quinquagesimum primum.

Scholaris docendo fit doctior.

Quinquagesimum secundum.

Docto maior dos debetur.

Quinquagesimum tertium.

Pater compelli potest, vt filio studiorum sumptus suppeditet. Hoc priuilegium tot limitationes habet, vt nunquam factu recte arbitretur, imo nec faciendum.

Quinquagesimum quartum.

In principio mensis pensionem studiofo dare parens tenetur. Hoc quoque priuilegium est in manu parentis positum.

Quinquagesimum quintum.

Scholaris in diuisione hereditatis, libros habet praecipuos, nec in commune conferre tenetur.

Quinquagesimum sextum.

Libri in legitimam non computantur: Pater in dubio censetur libros donasse.

Quinquagesimum septimum.

Cum libros conferre coguntur, aestimationem dare possunt libris retentis.

Quinquagesimum octauum.

Mutuum filii datum a patre repeti potest.

Quinquagesimum nonum.

Debitum studiorum causa contractum, ex communi solui debet.

Sexagesimum.

Donatio facta filio in potestate valet, si filius studet.

Sexagesimum primum.

Nec donatio illa reuocari potest.

Sexagesimum secundum.

Pater talium bonorum sic datorum, vsum fructum non habet.

Sexagesimum tertium.

Studiofus donum, animo discedendi a studio, datum, si non discedat potest reuocare.

Sexagesimum quartum.

Donatio studiofo facta, etsi quingentos aureos excedat, non eget insinuatione.

Sexagesimum quintum.

Studiofus filius professoris retinet paternae ciuitatis originem.

Sexagesimum sextum.

Doctor tenetur alere suum scholarem pauperem. Verum id solum decet, cum doctor est diues, studiofus pauper. Nunc tot millia studioforum pauperum, vix rex aliquis alere possit.

Sexagesimum septimum.

Doctores possunt esse testes pro studiofis suis, & discipulis.

Sexagesimum octauum.

Doctus censendus est, quem pro tali habent auditores.

Sexagesimum nonum.

Doctor non potest recusari iudex in causa suorum studioforum. Possunt autem scholastici iudicem ordinarium recusare.

De causis criminalibus magna controuersia fuit, solent a suis doctoribus iudicari, sed in horrendis sceleribus ad magistratum remitti. Multa priuilegia sustulit, Academicorum in delictis puniendis lentitudo, & conuiuentia. Bononienfes suo priuilegio renunciasse ait Rebuffus; Moguntini ius suum tueruntur, & quamdiu disciplina vigeat, plaudente Republica, propugnabunt. Priuilegia enim, non nisi delictis amitti solent.

Septuagesimum.

Studiofi, non nisi venia petita, in ius vocant suos doctores. Debetur enim illis non minor reuerentia, quam patribus.

Septuagesimum primum.

Doctores suos auditores verberare non debent. Levis tamen castigatio, magistro artium concessa est, & docenti.

Septuagesimum secundum.

Doctoris eruditi, bonae conscientiae, modesti, sententiam etiam opinionioni communi contrariam sequi potest auditor, quod tamen ita intelligo, si ille veram iudicet, & probabili ratione ita sibi persuadeat.

Septuagesimum tertium.

Studiofus vocatus a patre suo, discedere potest, etsi iureiurando assueuerit se non discessurum. Hoc iniquum est, ideoque nec priuilegium, si legitimo modo, causaque iniurandum sit datum; Estque occasio maleficiorum, & fraudum, quae optimas artes vehementer infamant.

Septuagesimum quartum.

Qui iurat se comitaturum rectorem, non semper comitari tenetur, si tamen domi studiis vacat.

** Septuagesimum quintum.*

Studiofi rectori inobedientes, etsi periuri sunt, non tamen sunt infames.

Septuagesimum sextum.

Etsi iurent se gradum in aliqua vniuersitate non sumpturos, si tamen noua causa sit, vt nouum examen, poterunt id facere. Ego iureiurando eos teneri arbitror.

Septuagesimum septimum.

Pater visitans filium in loco studii, non potest ibi de aliis contractibus conueniri, nisi alia ex causa sit loco obligatus.

Septuagesimum octauum.

Multo minus capi potest pro repraesentatione. Valde enim impediuntur studia.

Septuagesimum nonum.

Qui consanguineis, famulis, nunciis studioforum damnum infert, in quadruplum restituere tenetur.

Octuagesimum.

Mandatum in fauorem studioforum, morte mandantis non expirat. Titius mandat institutori, vt Caio studiofo det centum aureos, nondum data pecunia moritur, haeres soluere tenetur.

Octuagesimum primum.

Doctores, & studiofi rescripta Apostolica exequi non teneantur.

Octuagesimum secundum.

Cum duo sunt rescripta omnino pari efficacia, pro studiofo praesumitur.

Octuagesimum

Octuagesimum tertium.

Bona studioforum capi non debent.

Octuagesimum quartum.

Ingeniosus, & doctus, etiam ante quinquennium studiorum fieri potest doctor.

Octuagesimum quintum.

Cupido alios in scientia superandi, non est peccatum. Verum hoc sane intelligendum, & in alia multa conuenit.

Octuagesimum sextum.

Studiofius notorie peritus, examinari non debet.

Octuagesimum septimum.

Studiofius reicere potest ab examine, doctorem suspectum.

Octuagesimum octauum.

Hac in causa iuramento studiofius statuitur.

Octuagesimum nonum.

Pro lectionis initio, quam studiofius inchoant prandium exigere non debent doctores.

Nonagesimum.

A pauperibus nihil exigere doctor debet.

Nonagesimum primum.

Rescriptum contra studiofium non valet, nisi in eo fiat mentio, quod sit studiofius.

Nonagesimum secundum.

Rescriptum datum studiofo non est irritum, si non a patria, sed a loco studii nominatur.

Nonagesimum tertium.

Nominis mutatio studiofis prohibita non est.

Nonagesimum quartum.

Studiofis permixtae sunt vestes omnis generis, & coloris, sunt enim peregrini. Verum modestiam suis, singulae Academiae solent praescribere.

Nonagesimum quintum.

Qui promisit librum se studiofo scripturum, non liberatur, si soluatur interesse, sed opus est, opus ipsum absolueret.

Nonagesimum sextum.

Suo etiam atramento scribere, & rubrica tenetur.

Nonagesimum septimum.

Studiofius scriptorem certo loco scripturum se promittentem, potest propria auctoritate capere, si fallat. Omnino sublatum est.

Nonagesimum octauum.

In tertia Ecclesiae studiofium imperator legitimare solet.

Nonagesimum nonum.

Rei emptae incommodum, non pertinet ad studiofium.

Centesium.

Cogi potest quis, ut locum vendat ad scholas ampliandas, vel ad collegium aptum.

Centesium primum.

Loca studioforum nullus occupare potest.

Centesium secundum.

In schola capi non potest studiofius, nisi sit rebellis suo doctori.

Centesium tertium.

Iniuria vni studiofo facta, communis censetur.

Centesium quartum.

Maxima amicitia contrahitur similitudine studioforum.

Centesium quintum.

Iudex sine accusatore inquit in eos, qui studiofis molesti sunt, nam sacrilegium est offendere domum studiofi.

Centesium sextum.

Studiofius iniuria affectus cum alio non studiofo, socium suum suo privilegio donat, ut vterque causam apud conseruatores ciuitatis agere possit.

Centesium septimum.

Studioforum paucorum societas, Syndicum creare potest.

Centesium octauum.

Si studiofius occidatur, nec capiatur interfecto, decem proximae domus sub interdicto sunt quinquennio. Si res furto auferatur studiofo, vicinia tenetur. Verum haec nunquam in Germania usurpata sunt.

Centesium nonum.

Doctor, aut studiofius valde excellens ob crimen damnatus, vita donari ob peritiam debet.

Centesium decimum.

Nec studiofi, nec eorum famuli, in multitudinem arma ferre debent. Scholares portantes quotidie arma, enses, & alia, praesumuntur mali, & habere animum maleuolum. gloss. in §. Si quis rusticus.

Centesium vndecimum.

Studiofius si adulterinam monetam inscius exponat, non punitur, quia magis iura, quam pecuniam nosse praesumitur.

Centesium duodecimum.

Studiofi si post cessionem bonorum fuerint facti diuites, licet reddere creditoribus teneantur, non tamen libri ab illis debent auferri.

Centesium decimum tertium.

Libri nulla ex causa possunt illi eripi, non etiam pro executione rei iudicatae, nisi sit dyscolus.

Centesium decimum quartum.

Libri non debent alteri, sine expresso mandato dari.

Centesium decimum quintum.

Iudaei, atque alii ementes libros studioforum, non possunt eos retinere, donec per dominos repetantur.

Centesium decimum sextum.

Edere libros scholasticis tenetur mercator, ut videatur an sint sui. Itaque edere libros actori coguntur ad fundandam intentionem.

Centesium decimum septimum.

Quamuis Iudaei cum Christianis habitare non debeant, eorum tamen liberi a Christianorum scholis non excluduntur.

Centesium decimum octauum.

Studiofi ceteri creditoribus praefertuntur, adeo autem in his praerogationem habent, ut professoribus pro salario, bona ciuitatis hypothecata esse iudicentur.

Centesium decimum nonum.

Studiofius laesus, restitutionem in integrum petere potest durante studio.

Centesium vigesimum.

Studiofius a bibliopolis deceptus continuo actionem habet redhibitoriam.

Centesium vigesimum primum.

Studiofius in loco Academico propter contractus alibi inuitos, conueniri non potest.

Centesium vigesimum secundum.

Neque etiam propter obligationes, ante studia contractas.

Centesium vigesimum tertium.

Imo nec propter delicta, in alia vniuersitate commissa.

Centesium vigesimum quartum.

Etiam studiofis poenitentia conceditur, ut non sentiantur infames, si ablatum restituant.

Centesium vigesimum quintum.

Studiofi omnibus ciuium privilegiis gaudent, quibuscum habitant.

Centesium vigesimum sextum.

Ita tamen studiofi ciues sunt urbis, in qua habitant, ut eius commoda, non incommoda sentiant.

Centesium

Centesimum vigesimum septimum.

Iraque non tenentur ad onera ciuitatis, etiam si ea de re aliquid statutum esset, contra eorum immunitatem.

Centesimum vigesimum octauum.

Studiosus de bonis à patre, vel aliis donatis testari potest.

Centesimum vigesimum nonum.

Tanquam peregrini habentur, consuetudines ciuitatis ignorare præsumuntur, ab omnibus defendi debent, & ad forum Ecclesiæ pertinent.

Centesimum trigesimum.

Si legatum librorum constituitur, omnes eos habebit doctor suarum facultatum, si in pluribus promotus sit etiam medicina.

Centesimum trigesimum primum.

Legatum studioso debetur in loco Academiæ, nec minuitur ob sumptus deferendi, nisi aliud testator cauerit.

Centesimum trigesimum secundum.

Si studioso alimenta legentur in pecunia solui debent.

Centesimum trigesimum tertium.

Legatum incertum studii causa valet, quia censetur ad pias causas, promissio & stipulatio arbitrio bonæ fidei declaratur.

Centesimum trigesimum quartum.

De legato studiosis non detrahitur Falcidia, quemadmodum nec legatis ad pias causas.

Centesimum trigesimum quintum.

Legatum factum mendicantibus religiosis, causa studii ratum est.

Centesimum trigesimum sextum.

Legatum annuum initio anni debetur.

Centesimum trigesimum septimum.

Legatum non solenni voluntate relictum, si per triennium præstitum sit, de cætero etiam debetur.

Centesimum trigesimum octauum.

Cum libri studiosis legantur, pecunia ad eos emendandos legari censetur.

Centesimum trigesimum nonum.

Studiosi parochia in cuius parochia habitant, aut aliis legitimam potestatem habentibus, confiteri possunt.

Centesimum quadragesimum.

Studiosus priuilegiis, aut matricula priuari non potest, nisi ter monitus.

Centesimum quadragesimum primum.

Si iussus est in matricula, pro immatriculato habetur, quoad subeundam pœnam impositam, si studiosum offenderit.

Centesimum quadragesimum secundum.

Etiam in matricula expunctus gaudet priuilegiis, donec in alia vniuersitate inscribatur.

Centesimum quadragesimum tertium.

In ciuitate quæ sub interdicto est, lectiones audire possunt, quamuis eorum doctores etiam sub interdico sint.

Centesimum quadragesimum quartum.

Si studiosus clericum modice verberet, à conseruatore Apostolico absolui potest.

Centesimum quadragesimum quintum.

Quæ studiosi expendunt, in vilitatem ecclesiæ expendere censentur.

Centesimum quadragesimum sextum.

Nulla vectigalia rerum, quas secum portant, debent.

Centesimum quadragesimum septimum.

Si liberos portare se asserant, eorum, & nuntiorum iuramento creditur.

Centesimum quadragesimum octauum.

Qui cogunt studiosos soluere vectigalia, omnibus suis priuilegiis priuantur.

Centesimum quadragesimum nonum.

Studiosi à collectis, & muneribus immunes sunt.

Centesimum quinquagesimum.

Pro repræfaliis capi non possunt.

Centesimum quinquagesimum primum.

Studiosus alioqui non proscriptus dum it, manet, reddit, semper securus est.

Centesimum quinquagesimum secundum.

Studiosus iudices habet Episcopum, potestatem, Rectorem, Doctorem.

Centesimum quinquagesimum tertium.

Etiam post litem contestatam, alium iudicem eligere potest.

Centesimum quinquagesimum quartum.

Citatus à iudice non suo, priuilegium allegare non tenetur, quia notorie priuilegiatus est.

Centesimum quinquagesimum quintum.

In ciuilibus, & criminalibus, sine consensu patris actor esse potest.

Centesimum quinquagesimum sextum.

Imo priuilegium, quo ad actionem ciuilem quidam ad monachos extendunt, quod ego arbitror votis, & iuramentis religiosorum vetari.

Centesimum quinquagesimum septimum.

Qui studiosum ad alienum tribunal traxerit, causa cadit.

Centesimum quinquagesimum octauum.

Doctores in studiosos iuris dictionem habent, iure omnium Academiarum, & multis locis petiuri sunt, qui alio appellant.

Centesimum quinquagesimum nonum.

Etiam magistri artium in controuersis suorum condiscipulorum iudices sunt.

Centesimum sexagesimum.

Studiosus coram suo iudice conuentus, reconuenire potest.

Centesimum sexagesimum primum.

Studiosi debitores, ad quatuor dietas trahere possunt.

Centesimum sexagesimum secundum.

Studiosi actores forum rei non sequuntur, verum hoc nusquam obseruatur nisi ubi peculiare sunt conseruatores & quasi vtriusque partis iudices.

Centesimum sexagesimum tertium.

Studiosi ab interlocutoria appellare possunt.

Centesimum sexagesimum quartum.

Studiosi ad superiorem iudicem absque medio appellare possunt, quia Imperator speciali gratia eorum defensionem se offert.

Centesimum sexagesimum quintum.

Studiosus cessante studio amittit priuilegium, si tamen quandoque scholas obeat, & domi studeat, maxime si prouectus sit ætatis, seruat.

Centesimum sexagesimum sextum.

Studiosorum famuli, scriptores, & personæ aceptoræ, atque adeo integra collegia eorum priuilegiis gaudent.

Centesimum sexagesimum septimum.

Studiosi famulus, mercedem nisi mentione, & conuentione facta petere non potest.

Centesimum sexagesimum octauum.

Contra studiosos compensatio peti non potest, hac enim ratione in summas angustias redigi posset.

Centesimum sexagesimum nonum.

Nunquam censetur studiosus, per ambitionem honores academicos petere.

Centesimum septuagesimum.

Studiosus pro socio, & amico, præsertim in causa studiorum, testis esse potest.

Centesimum septuagesimum primum.

Dare potest fideiussorem studiosum, sed is priuilegio suo renuntiare debet.

Centesi-

Nunc in
Germania
amittit.

Centiesimum septuagesimum secundum.

Studiosus fideiusor profecturus ad studium, petere potest à creditore, ut alium subroget.

Centiesimum septuagesimum tertium.

Magistratus capiens studiosum offerentem fideiussorem, & non relaxans tenetur iniuriarum, sed hoc in causa civili, non criminali.

Centiesimum septuagesimum quartum.

Alimenta indebite pauperi studioso data, non possunt repeti.

Centiesimum septuagesimum quintum.

Donatio per uxorem diuitem factam marito studioso, rata est.

Centiesimum septuagesimum sextum.

Doctore tempus quo professus est ante doctoratum, ad comitum, quam quispiam viginti annorum professione consequitur, valet.

Centiesimum septuagesimum septimum.

Pater cedere potest litem filio studioso.

Centiesimum septuagesimum octauum.

Hæc omnia privilegia motu proprio studiosis concessa censentur, ideo dolus abesse præsumitur, præsertim illa quæ sunt in corpore iuris.

Centiesimum septuagesimum nonum.

Cum edicto principis omnibus privilegiis derogatur, non censentur comprehendi illa privilegia, quæ sunt in corpore iuris, & privilegio speciali per legem generalem non derogatur.

Centiesimum octogiesimum.

His fruuntur etiam Historici, Rhetores, Grammatici, non tamen illi qui primas literas docent, aut discunt, nullo autem modo qui artibus vetitis vacant.

Moguntina quoque privilegia ad eos, qui studiis vacant, solum extenduntur: Item volumus, inquit fundator, quod privilegia, concessionem, exemptionem, indulgentiam, ut præfertur, data & concessa non intelligantur, nisi de doctoribus, & magistris, vniuersitati, & suis facultatibus incorporatis, & studentibus, intransitibus, audientibus, & in matriculam vniuersitatis inscriptis.

Hæc omnia ex diligentissimo, & iureconsultissimo viro colligere volui, non ignarus, non omnia ubique usurpata esse, & multa aliis locis priuatim concessa, sed ut in promptu legentibus essent omnesque agnoscant, quanto favore, liberalitate, & munificentia scientiarum professorum, & alumnos profecturi sint principes, reges, Imperatores, imprimis vero Ecclesia, & summus pontifex. Cuius vnica cura esse debet, ut in orbe Christiano erudita pietas, & pia eruditio conseruetur.

Plurima vero tempora sunt, occasionesque, quibus his privilegiis Scholastici non vruntur, quædam enim si non iniquitatem, recte offensionem aliorum adiunctam habent, nec iustum nisi apud iustissimos vsum. Deinde iure privilegiorum exciderunt. Si vagus sit, si inhoneste viuat, si nec domi studeat, nec lectiones obeat. Si aliorum, & disciplinæ conturbator sit, si alios verberet, irideat, conuitietur, exhibilet, si aleator, decoctor, blasphemus sit, si excommunicatus, si clericus, vel monachus sine superiorum permisso studeat, si nolit obedire rectori, si artibus vetitis operam nauet, si extra gymnasia privilegiata studeat. Aurea itaque lex est Academiae nostræ, quæ auream Moguntiam illustrat, quamuis antiqui sæculi verbis concepta, sed sensu veræ & Germanæ pietatis. Volumus insuper, & statuimus, ut doctores, licentiat, magistri, & generaliter omnes, vniuersitati nostræ incorporati, & qui eiusdem privilegiis gaudere volunt: honeste, secundumque iuris præcepta, & vniuersitatis nostræ statuta, viuant. Rectori imprimis, dehinc alterutrum alteri, iuxta dignitatem, & graduum præminentiam, debitum honorem impendant. Præcipue vero Doctores, Magi-

stri, & graduati, animi grauitatem, constantiam, & maturitatem præferant; In scholaribus autem obedientiam, pudicitiam, accuratumque studium. In omnibus denique mansuetos, honestosque mores; Et in summa vitam, quæ disciplinatos decet viros, requirimus, in rebelles nihilominus, pacis turbatores, discolos, nocturnos, & alios qualescunque delinquentes, iuxta criminis atrocitatem, prout sequitur, animaduertentes.

Huc pertinet nobilis illa facultatis Philosophicæ ad suos alumnos adhortatio. Quod felix faustumque sit, & quidem vniuersæ Reipublicæ literaria, sacrosanctas leges nostras, ac statuta vniuerso catui nostro publicare cogitamus. In hoc vero promulgandi negotio, tu studiosa cohors, imprimis admonenda nobis occurris, ne illotis, quod fertur, manibus, pedibusque, neueparum reuerenter ad statutorum nostrorum publicationem confluisse videaris; imo purgatis cum auribus, tum animis omnes militia nostra confortes auscultare, animumque aduerrere haud oscitanter, præcipimus, optamusque probe ingenuatos, tractabiles, disciplinarumque studii intentos, & eorundem flagrantes amore, nobis offerri. Contra vero discolos, indisciplinatos, difficiles, morosos, sinistro genio, irati que Musis & Apolline natos, hinc eminus ablegamus, manifestæque contestatione tanquam imbelles, ignauos, & literaria militia inuitiles auersamur.

Merito ista prouidentissima maiorum curas anxietatem Tam magna enim privilegia, sapientiæ, pietatis, artium liberalium studio, vtilitati Reipublicæ, non vagorum adolescentum nequitia, ocio, luxuriæ impensa sunt.

CAPVT XVI.

Gradus, & honores legitime conferri eruditis, eosque magni faciendos esse.

§. I. PRIVILEGIUM magni emolumenti, magnæque dignitatis, & quod pleraque Academiae ab interitu vindicat, seorsum tractandum suscepimus, nempe de honoribus, potestate, titulis, quos vniuersitas tanquam quædam Respublica bene meritis conferre solet. Hæc enim multo clarius Academicam Rempublicam, quam sceptri vsus ostendit. Publicas enim dignitates sola Respublica in ciues suos partitur. Quemadmodum igitur omnis Respublica præmiorum & poenarum expectatione gubernatur, sic etiam Academia. Recte dictum:

ὅτι ὁ πᾶσι δὲ δοθέντες οὐδ' ἂν ἴσμεν.

Neque merces est arti, nec ars ipsa floret.

Languescunt omnia honesta, nisi illis etiam ab honore pretium accedat. Quis enim studio filios consecrabit, si nulla præmia tam diuturno, tam incerto labori statuta sint? Nunc multi hoc insonant parulis:

Studium quid inutile tentas?

Et ceteri quidem honores à vulgo collati minores aestimantur. At verus honor est sapientum de dignitate aliena iudicium. Hoc accuratum eruditionis iudicium cum ipsis cepit Academia. Quanquam enim olim magnus fuerit decretus honor eruditus, non tamen tam accurata ad lapidem Lydium exploratio, nec ordinum discrimen institutum est: Academiae bonis privilegium illud est reseruatam. Optat apud Lucianum Solon, ut ii qui se in gymnasiis recte gesserint, honoratos à cunctis conspici, & in totius Græciæ conuentu magnifice præconis voce proclamari, ut vniuersa iuuentus, ac spectatores ad virtutis, & scientiarum amorem inflammarentur; verum inualescentibus vitis, & turbantibus bellicis ordinariis eruditioni nullus honor habitus est. Basilii ad inuidiam vsque, Athenis, magistratuum, & magnatum officiis cultus est. Et nostro-

Mores sunt digni privilegii, si sponte honestatem sequuntur.

Præfatio statutorum philosophicæ facultatis.

Honores Academicæ sunt quasi quædam regalia.

Inter honores res politicos est maximus qui datur sapientia.

Quædam tamen penitus abrogata sunt.

Tot privilegia, totidem sunt testimonia dignitatis studiosorum.

Qui vsum privilegiorum non habent.

Aurea lex Academiae Moguntina.